



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

Teresa <de Jesús>

Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.

Fundatio Granatensis conuentus à M. Anna de Iesu de scripta est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37974

HEC EST CONVENTVS S. IOSEPHI IN VRBE GRANATENSE
*editi in Latino, quam P. F. Hieronymus Gratianus de Matre Dei, Pro-
 uincialem agens, Matri Anna de Iesu ut litteris manda-
 res, iniunxit.*

Mandat mihi Reu. V. estra, vt domus huius Granatensis fundatio-
 nem describam, ar, quia tam debili & imbecillissim capite, hinc
 tam exigua habeo memoriam, vt nesciam pro bene gestorum sim
 recordatura dicam tamen ea, quae memoriae occurrent.

Mense Octobri anni M. D. LXXXV. quartus agebatur annus,
 ex quo P. P. Iacobus de Trinitate, (qui viuat in pace) cum V. Reue-
 rente loco Viceprovinciale ageret, Venensem Conuentum visi-
 tum venit; in quo iam a trimestri aut quadrimestri, ipsa Praeposita
 iam defuncta eram, & satis male valebam. Cumque hoc in statu
 me P. Visitator vidisset, serio & studiosè nobiscum agere cepit, vt
 Granatam ad fundationem inchoandam excurreremus: quod multi
 viri graues & illustres & locupletes domicella illam ab eo instantiss-
 imè peterent, notabileque in illam elemosynas sponderent.

Nihil autem aliud (vt mihi quidem videbatur) erat, quod illi
 ad credendum, hos nobis in aliquo opitulaturos, impelleret, quam
 bona illius fides & sinceritas. Vnde ei dixi, haec non nisi per modum
 assentationis & iactationis ab ijs dici, proinde eorum que sponde-
 rent, nihil omnino futurum, imò nec loci Archiepiscopum faculta-
 tem daturum, vt monasterium aliquod censum non habens fun-
 daretur, praesertim quod illic tot essent Moniales, quae se vix susten-
 tate, elemosynis possent; tum quod Granata esset destructa, tum
 quod magna rei anno natiuae quotannis esset innopia. Et, quamuis ille
 iterum me dicere videret, tamen quod summo opere conuentum
 quemdam desideraret illic erigi, iterum in spe sua rem optimè suc-
 cessuram confirmari cepit, dicens, Licentiatum Lacunam Parla-
 menti illius assessorem & auditorem, suam ad ipsi imprimis fauen-
 dum operam addixisse, vt & P. Salazar Societatis Iesu Sacerdotem,
 tunc sehi occultè, assentes, facile negotio hanc se ab Archiepiscopo
 facultatem impetraturos.

Ego vero omnia haec velut incerta duxi, vt reuera erant; tam-
 en, quod Pater ille ad eò huc propenderet, Deo rem quam asse-
 ditiosissimè commendarem, Moniales reliquas etiam rogans, illum
 vocarent, nobis lumè dare dignaretur, quo dispiceremus nūc eò fieri
 Ttt 2 expe-

S.
Theres

Oper

N
ve

expedit. Maiestas certè illius nobis ipsum satis clarum dedit, ut
ius adminiculo liquidò videremus, nullam nobis aut comoditatem
aut fauorem humanum tunc quidem sperandum: sed, quemadmo-
dum reliqua hactenus monasteria in sola de diuina eius providentia
fiducia fundata erant, ita & hoc ipsum fundandum: Dominum tamen
que singularem eius curam in se sumpturum, magnumq; eius illius
sequium præstitum iri. Tunc porro hoc mihi significatum est, cum
sacra communione surgerem, iamq; tres elapsæ hebdomadæ erant,
ex quo P. Visitator hinc discesserat, omnimodis procurantibus
ad exitum conduceretur. Ego, tamen ea ad eò dubia foret, nec
rationes eam dissuaderent, eam tamen tandem exequi decre-
idq; eo ipso temporis puncto quo à Communione surgebam, No-
tori Beatrici de S. Michaelè, quæ erat ostiaria, & mecum ad commu-
nionem accesserat, id significavi, dicens, *Certissimò credas, Deum velle
isthoc Granatense monasterium fundetur: quocirca Patrem Fratrem Ioannem
Cruce ad me aduoca, vt ei tanquam Confessariò meo dicam, quidnam velle
stas illius significarit.*

Cùm ergo P. Ioanni de Cruce, qui meus erat Confessarius, hoc
peruissimè, suauit is, vt Patri Visitatori id indicarem, vt hic quod
mum ad Reu. Vestram scriberet, quò bona illius cum venia & in
sensu res fieret. Hoc eodem ergo die id constitutum est, sum-
iam quidquid huc erat necessarium procuratum, magno facili-
nium Patrum & conuentus totius cum gaudio, cognito funda-
nem hanc iam executioni mandandam. Scripsimus proinde ad Reu.
Vestram, & ad Sanctam Matrem nostram Theresam de Iesù, quæ
tuor ab ea Moniales è Castella postulant, quæ hanc fundan-
nem ordirentur, nec non vt ipsa eam auspicaretur; quò dedit
mus eam omnimodis conficiendam. Dedit ergo operam, vt
F. Ioannes de Cruce cùm alio quodam Religioso illuc abiret, ad
omnia ad Moniales conducendas necessaria secum duceret. Quapro-
pteris Veasio Abulam ad S. Matrem nostram Theresam de Iesù
tendit, atque inde nuntium ad Reu. Vestram, quantum Saluati-
tica agebat, destinarunt. Quæ vt litteras illorum conspexit,
postulata concessit, S. Matri nostræ tamen liberam earum quæ
tendas dicebamus, Monialium electionem permittens. Ad
autem Reu. illius duas è domo Abulensi, Matrem videlicet
riam de Christo, quæ quinquennio illic Præpositæ munere
erat, nec non sororem Antoniam de spiritu sancto, quæ de qua
primis, quæ Discalceatarum habitum in S. Iosephi Abulæ induta
vna fuerat: è Toletana verò, sororem Beatricem de Iesù

item è veteranis Monialibus erat, & S. Matris nostræ neptis. Ilius
 verò Reuerentia huc venire non potuit, quòd ad Burgensem fun-
 dationem, quæ eo ipso tempore instituebatur, inchoandam pro-
 fectam oportebat. & iam à multo tempore illius Reuerentia
 mihi scripserat, se ad Granatensem fundationem non profectu-
 rum, quòd crederet, Deum velle vt ego illam inchoarem. Mihi verò
 proelus impossibile videbatur, vllam sine illius Reuerentia fundatio-
 nem perficere. quocirca diem Conceptioni Deiparæ Matris (quòd
 eo die Moniales sine ipsa Veasium appellerent) quàm maximè sensi
 litteras, quas ipsa mihi miserat, legi, in quibus inter cetera aiebat,
 velle quidè se, ad me non nihil recreandâ, vt huc posset excurrere, sed
 magnum Deum nostrum aliud quid sibi præcepisse; se nihilominus
 terram esse, Granatæ omnia quàm felicissime perfectum iri, Maie-
 statemque illius singulari quòdam modo mihi auxiliatam. quòd
 etiam statim ad oculum videri incepit, vt ex ijs quæ sequuntur ap-
 paret.

Interea dum è Castella Moniales euocatur, P. Viceprouincialis
 Iacobus de Trinitate, Granatam venit, vt, quas in spe habebat com-
 moditates, iam certas & re ipsa haberet, vtque, dum eas iam impetra-
 set, nos inde per litteras euocaret. Multum certè sanctus ille vir la-
 borarit oportet, quo eorum quæ illi oblata erant, re ipsa iam aliquid
 consequeretur, & Archiepiscopi licentiam impetraret. At nulla
 proelus hic apparuit quidquam obtinendi ratio; nihilominus pro ea
 quæ erat sinceritate & bona fiducia, idem Veasium litteras de
 precibus quæ ei offeriebantur commoditatibus mittebat. Ego hæc,
 videbam, eique scribebam, parum hæc sponsones curaret, sed do-
 mum potius aliquam, in quam concederemus, quamprimum nobis
 conduceret, quòd iam tum Moniales è Castella appulissent. Miser
 autem homo discretiabatur & laborabat, quòd ne ad hoc quidem
 oportunitas vlla appareret. Et quamuis Archiepiscopum conueni-
 set, ac duorum ex antiquissimis consiliarijs Ludouici inquam Mer-
 cetti, & Licentiat Lacunæ, operam ad hoc adhibuisset; ijs tamen no-
 lebat, vt illuc veniremus, permittere, quin imò, verbis satis asperis,
 maximo opere nostrum sibi aduentum displicere demonstrabat. Ad-
 debat præterea, quòd dissoluere vellet omnia quæ ibidem erant
 Monialium cænobia; atque adeo incongruum videri nouas tempore
 tam importuno monachas in urbem velle inducere; cum videlicet
 tantam viderent annonæ penuriam, vt ijs ad viuendum necessaria vix
 suppetere; nec nò alia plura id genus, satis cruda. Vnde Senatores
 illi, qui ea de re agebant, magnopere stomachabantur, videntes nos

missis Vasio litteris, idem eum urgere, vt festinaret, dicitur, quam pro decem Monialibus (cor namq; ventura eramus) paratus esset. Clam tamen hi Patrem iuuebant, atq; operam de decem quidam à Senatoribus ei domum conduceret. Eam vt habuit, primum nos per litteras euocauit, quã quã satis afflictus, quod dicitur, præter hoc, se subsidium non habere cerneret. Nos interea Vasio expectabamus, quã paratissimã, ad minimã illi euocatione & verbum illuc concedere, quò rã auspicari possemus. Ita namq; inter fratrem Ioannẽ de Cruce & sorores, quã Vasio in idẽ à decem tã Ianuarij die aduenerat, conuentũ erat. Hac ergo in ipso parandum, ea videlicet hora, qua vespertinam habere orationem solimus, de illis Euangelij verbis quã ad Ioannem, dum baptizaretur, dempro ait, *Sic decet nos implere omnem iustitiam*, meditationem habens. Cumq; valdẽ intra memeri ipsam recollecta essem, & nihil in quã foundationis huius recordarer, incepti dei epetẽ terribiles quã audire clamores, velut plurimorũ horrendorũ vultuũ, simul in confuso sonitu: vnde mihi statim incidit, & visum est, hunc à decem strepitũ excitari, indignantibus & fremẽtibus, q; fortẽ tabellariarũ litteris, quibus Granatã euocabamur, iã adesse debebat. Hæc in mente, & cogitante me, ita mox clamores & strepitus, quos ad me increuere, vt viribus defecerim. quocirca in hoc deliquo in hanc Priorissã quã iuxta me erat, inclinans recubui: quã me velle mi & virium defectum pati credens, aliquid quod comedere ferri iubet. Ego verò, signo factò, dixi his minimẽ opus esse, sed dixerent quis ad orbitam pulsaret & admitti peteret. Illi ergo obiectes, viderunt tabellarium qui litteras, quibus vt nos adire nos compararemus, moncbamur habebat.

Matth. 3.

Ex templo verò tã atrox cõorta tẽpestas est, vt vniuersa terra & grandine obruenda videretur: tantaq; me occupauit ex improbate quodam infirmitas, vt emori viderer. adẽ vt medici, & quot me videbant, nullo modo possibile censerent, vt me viderem: erant namq; dolores quos patiebar inter si illi mi, & rationes supernaturales. hæc autẽ plus mihi addebant animi, & hinc cogebant, vt & iumenta, & quidquid ad iter nostrum necesse erat, adornarentur, quò post tã die nos in viam dare possemus. Erat dies, qui vespertam qua Tabellarius appulerat, proxime sequens erat Dominicus: quòd autem malum, quo oppressa eram videretur, hinc sacrum eo die audire non potui: esto chorus cellarũ vicinis esset.

Nihilominus die Lunã sequenti, hora tertia matutina, in

per dedimus, magno omnium quæ nobiscum veniebant, cum gaudio, quod è suo hoc iunere magnum in diuinâ Maiestatem obsequium & gloriam securum arbitrantur. Satis commodum, per iter, habuimus tempus, tamen viæ, ob superiores imbres, ita essent impeditæ, ut multo cæno vix possent emergere. Peruenimus tandem vsq; ad locum cui Dayfontes nomen, Patribus qui nobiscum veniebant (erant P. F. Ioannes de Cruce, & P. F. Petrus de Angelis) & me, interea disquietibus, quæ nam tandem inuenire rationem possemus, ad fundandam licentiam ab Archiepiscopo impetrandam, ac ne ille in nobis admitte-ndis adeo sese difficile præberet. Ea porro nocte, qua Dayfontes peruenimus, terribilem quemdam tonitruum fragorem audiimus. vna cum ipso decidens fulmen, & in Archiepiscopi palatium illapsum, idq; haud procul à cubiculo in quo ille somnum capiebat: bibliothecæ eius partem corripuit, atq; animalia nonnulla absumpsit. quod adeo ipsum perterrefecit, vt præ pauore & nimia cõsternatione mortuum contraxerit: simul tamen inde (vt ferunt) paulò redditus sit placidior, & erga nos propensior. Ab hominum namq; memoria, tali autem tempore, Granatæ fulmen nemo viderat.

Eodem quoque die is qui P. Vicario domum, in quam ingredi nos oportebat, locarat, fidem non præstitit, & quas Ludouico Mercator, & Licentiato Lacunæ litteras dederat, irritas esse pronuntiauit, dicens, se, cum eas daret, nescisse, eam in monasterij vsum conuertendam: at iam, cum hoc sciret, inde se non emigraturum, vt nec alios multos qui eam inhabitabant, vt nec etiam fecit. Quare nec domini quidem illi, qui secretò nobis patrocinabantur, nec quinquaginta millium aureorum fideiussio, quam offerebant, impetrare ab eo potuerit, vt illam vacuam præstaret. Vt ergo sciuere nos Granatæ adeo vicinos esse, vt post biduum iam appellere deberemus, quid agerent nesciebant. Vnde Ludouicus Mercator Annæ de Pegnalo se loquens (quam P. Vicarius rem omnem celarat, nihil penitus ei significando) dixit: Non incõgruum foret, soror, cum Religiosæ iam in itinere sint, te dispicere, num hic in ædibus nostris diuertari possent, quadam illarum parte ijs data, in qua separata sibi viuant, vsque ad unguem aliquem inueniant, in quæ concedant. Illa verò, quæ iam ab hinc annis aliquot oratorio suo domestico non egrediebatur, viduitatis suæ dies in luctu transigens, nec nõ filia suæ quam vnicam habuerat, orbitatem identidem deplorans: his auditis, statim recreata, & velut sibi reddi cepit (vti quidem ipsamet postea nobis retulit) & magna cum festinatione domum suam instruere, & quidquid ad exemplum nostrumq; vsu & habitationem necessarium erat præparare: & qui-

& quidem satis commodè & bene, esto angustè, quod ardes vicinas
que angustas habebat.

In festo SS. Fabiani & Sebastiani, hora tertia matutina Grati-
tam ingressi sumus: vt enim secreto & clam ingrederemur, tertia
hora ingre di oportuit. Inuenimus autem sanctam illam multam
in porta plateæ, vbi nos magna pietatis ostensione & lacrymis ex-
pit. Nos quoque eas à parte nostra fudimus, cantantes *Te Domine
damus*, maximopere gauisæ, quod templum, & omnes eius partes
vestibulo tam licitè accomodata videremus: quamquam, non
Archiepiscopi licentia nondum impetrata esset, ipsum occludi po-
rij, quin etiam Patres qui illic cum P. Vicario aderant, rogati, ne de
campana pullanda, neue de sacro tam palam, quam in occulto ce-
brando agerent, quoadusque Archiepiscopi beneplacitum obe-
nuissemus; nam Deo dante, sperabam id propediem nobis cense-
sum iri.

*Granatensis
l. n. c. 116
si à 14.*

Quare nuntium ei misi, qui nostri eum aduentus certiora-
ceret, eum rogans, vt ad nos excurreret, suam nobis benedictionem
daturus, & sanctissimum Altaris Sacramentum in altari collocan-
rus: quia, quamuis dies festus esset, de creueramus sacrum non ad-
re, vsque dum Reu. ipsius Dominatio id constituisset. Is vero, magis
cum amoris significatione, felicem nobis est aduentum gratulam-
ob eumq; se mirum in modum gaudere significauit, & cupere, vt
set surgere, ad primum apud nos sacrum dicendum; at, quia
male valebat, suum se Prouisorem mittere qui ipsum celebraret,
faceret quidquid ipsa vellem. Vnde cum Prouisor, eodem illo
hora septima venisset, eum, vt sacrum celebraret, nosque omnes
era communionem reficeret, simul etiam Sanctissimum altaris Sa-
mentum suis manibus inferret, illatumq; apud nos reliqueret,
gauri, quod ipse mox magna cum sollemnitate præstitit.

Aderant duo illi Confessarij in templo nostro, nec non
hominum aliorum multitudo, mirum vt esset illos tam cito id
re potuisse: nam octaua dici eiusdem qua appuleramus, hora
sanctissimum Sacramentum constitutum erat, & plurima illic
celebrabantur. Vniuersa ciuitas tam confertim confluebat, per
ac si indulgentia iubilæaris apud nos lucranda fuisset. & communi
omnium vox audiebatur esse nos sanctas, & urbem suam à Deo
in illam inducendo, visitatam esse. Hoc eodem die Dom. Ludovicus
Mercatus, & Licentiatus Lacuna Archiepiscopus, qui è turbam
quam ob fulmen duabus ante noctibus prolapsum contra re-
le valebat, visitatum abire. Inuenerunt autem eum ob noctem

mentem stomachantem, & multa indignantis animi verba prolo-
quentem. Vnde petebant, si tam molestum Dominationi ipsius esset,
quod illuc venissemus, cur facultatem concessisset: etenim iam mo-
nasterium constitutum esse. Quibus ille, Aliter facere non potui,
suis magnam in hoc naturam meam vim intuli: nam aquis oculis nul-
las postquam Moniales aspicerem. At licet admiserim, nihil illis dare de-
ceat, nam ne quidem eas quae meae sunt curae concedere sustenta-
re possum. Vnde & verbis, & facto ipso paupertate nostra frui ca-
mus. Nam licet Anna de Pegnaloza elemosynam nobis confer-
ret, erat tamen ea satis exigua: ab alijs vero ne obolus quidem sub-
ministraretur, quod illius in aedibus nos agere viderent: ad quam quod
an multi assidue pauperes consuebant, & ipsa omnibus prope mo-
nasterijs & nosocomijs civitatis illius beneficia dabat, hinc putabant,
nos apud illam hospitantibus nihil deesse posse: vnde tali cum
proprio illic conflictavimus, ut saepe sustentare nos non potuisse-
mus eo, quod Domina illa contribuerebat, nisi nostri nobis Patres
Dilecti iam inde a suo conuentu a Martyribus denominato,
satis de panem & pisces submisissent: esto & ipsis vix sufficeret,
quod annus satis fasset sterilis, & maxima per Beticam esset annona
caris. Quoad lectum tam parum nobis prospectum erat, ut culcitrae
pauciores non haberemus, quam per viam habuissemus, quae erant tam
paucae, ut tantum duae aut tres in ijs dormire possent. vnde alterna-
tim super stercas quae in choro erant, potissima pars dormitum iba-
tur. Et erat hoc nobis ita suave & gratum, ut, quod eo frueremur in-
commodo, necessitatem qua premebamur, nulli hominum appetire-
mus, imò eam tegere & occultare (maxime apud Dominam illam:
nequam illi molestiam inferremus) omnimodis conaremur. Ipsa ve-
ro quod nos ita contentas & gaudentes videret, nosque ut san-
ctas & penitentiae sectatrices sibi imaginaretur, non reflectebat
nam pluribus opus haberemus, quam quas ipsa nobis attri-
buerebat.

Tali in statu potissimum temporis, quae in aedibus illius diuer-
sitate sumus, quod septimestre fuit, partem transegimus. Toto ve-
ro eo tempore, iam inde a primo die, quo huc appulimus, multi viri
graves, & ex omnibus Religiosis Ordinibus plurimi nos inuiserunt:
qui de nulla re alia loquebantur, quam quanta foret remeritas, nos
illam monasteria tantam paupertate, & adeo sine omni subsidio
humanae fundamentum auspicari velle. Quibus respondebamus,
eo magis nos diuinis subsidijs gaudere & frui, & quod iam se-
ptis diuinam pro nobis sollicitudinem expertae essemus, & pro-
videntiae

Eius pau-
peritas

S.
Theres

Oper

N. V.

videntia eius periculum in varijs conuentuum nostrorum fundationibus fecissemus, minime nos taliter ea fundare inceptis, riximò desiderare, vt nullus alio quam isthomo modo erigeretur: namque nos vt securiorem & certiore reputare. Quare pluribus auditis, & quod ita latas nos & contentas in tanta claustra viderent: nam, vt claustrum & claustrum nostri ueritate manifeste licite eramus. vnde etiam ipse Ludouicus Mercatus, qui in domo habitabat, numquam nos sine velo conspexit, & nos aliquo è signo vultus potuit dignoscere. In quocumque non faciebamus, quam semper facere soliti sumus, sed quod in vrbis rarum id esset, hinc mirum id illis & singulari batur.

Plures, & quidem omnis generis, ad nos veniebant, rogantes in ordinem & ad habitum admitti; & cum plusquam ducentis quibus ipsam pererent, ne vnam quidem dignam & aptam haberemus, quam iuxta prescriptum constitutionum nostrarum potest admittere. Hinc plurimis illarum de hac re loqui quærebamus; alias verò differebamus, dicentes necesse esse, potius illarum dum nostrum & formam viuendi nosse, nosque interea hinc illinc & vocationis ipsarum periculum facere; denique, vbi aliam domum aliam inueniremus, pluribus quam iam eramus, attendendis locum non esse. Illam quidem diligentissime quaerebamus, sed qua quadraret nec venalem, nec locabilem, aliquam potest poteramus.

Eram ipsa tunc aliquo modo anxia, quod tam parum Granatensi populo viderem venire subsidij; quoties autem hoc cogitabam, audire mihi videbar, ab aliquo illa Redemptoris verba mihi oggeri, *Quando vos nisi predicare sine saculo & calceis, aliquid defuit vobis?* Et anima mea mihi respondebat, *Minime id quædam cum fiducia, Maiestatem eius quam abundantissime noscitis in spiritualibus, cum temporalibus prospecturam. Interea concionibus & concionibus abundabamus, celeberrimis quibusque Sacramentibus & predicatioribus suam hic operam, etiam plerumque rogatis, offerentibus. Volupe autem illis erat, nostras confessiones accipere, nostrumque viuendi institutum nosse; itaque interior illa & securitas, quam à Deo mihi datam fuisse dixi, quod nihil vniuersis esset defuturum, quotidie magis & magis adaugebatur; quæ modò liquet ex eo quod mihi statim atque huc veni, contigit. Magna quædam cum grauitate, vel particularitate, interiis versibus mihi audire visa sũ, *Scapulis suis obumbrabit tibi & sub pennis eius sperabis.**

Psal. 90.

Confessarium meum, (qui erat P. F. Ioannes de Cruce, & P. Ioannes Baptista Ribera Societatis Iesu, quocum omnia quae mihi tum in confessione, tum extra illam occurrerent, communicabam) rei huius temporis reddidi: Viriq; autem visum est, hoc veluti signum & pignus à Deo factum esse, è quo colligeremus, fundationem hanc feliciter cōfectū, quemadmodum iam ab hinc quatuor annis (tot enim effluxere) cōfecta est. Sit nomen eius benedictum, nam, ut mihi affirmarunt Moniales quae ad hanc fundationem aspiciendam venire, numquam in vita sua Maiorem Maiestatem ipsius sibi visum habuisse praesentem, & communicationem in cōmuniorem, quam toto illo tempore.

Sacris id apparuit in profectu spirituali, quem & ipse indies in se sentiebat, & quem (ut alij referebant) suo in alijs vrbis huius Monialium monasterijs exemplo causabat. Etenim è Praeside Dom. Petri Castello intellexi, maximam ab eo tempore, quo ipsa huc venimus, in illis (Monialium inquam aliorum Ordinum, quales Granatae plantae sunt) mutationem apparuisse. Ad alias, quas Dominus nobis (ut dixi) praestitit gratias, accedebat & illa maxima, quod Dominum nostrum Iesum Christum in Sanctissimo Altaris Sacramento personaliter nobis iam adesse sentiremus, adeo ut praesentiam eius corporalem etiam visibiliter sentire videremur. Et erat hoc adeo generale & ordinatum, ut de eo saepe inter nos ipsas ageremus, dicentes, numquam alibi tales in nobis effectus Sanctissimum Eucharisticum Sacramentum esse operatum, quales hac in vrbe: nam iam inde à primo quo illuc id illarum est momento hanc nobis consolationem & gaudium attulit, quae in nonnullis etiam vsque nunc durat, esto non tam sensibiliter, atque in primis septem illis mentibus.

Illis autem exactis, tandem domum pretio locabilem inuenimus, in quam nos R. V. (quae tunc Baësa expresse ad commoditatem nostris prospiciendum venerat) quam occultissimè; domino eodem beneficio, (quod eam inquilinus, qui eam incolebat, vacuam reddiderat) traduxit. Nulla autem alia praeter hanc haberi tunc poterat: vsque dum decem post menses, Dominus illustres quasdam ex civitate virgines serio permovere cepit, ut, Confessariorum operam adiuvante, esto sine parentum & consanguineorum facultate, (etenim hi permittere noluerunt, ut tam asperum Ordinem ingrederentur) secretò habitum nostrum assumerent.

Ergo paucorum dierum intervallo, sex virginibus magna cum solennitate, sed non sine magna consanguineorum turbatione, & civitatis totius

Vuu 2

oblo-

Ven. Sacra-
menti effe-
ctus.

S.
Theres

Oper

N
E

oblocutione habitum dedimus. Etenim terribile quid illa & in-
tum videbatur, nostri Ordinis vestem assumere: vnde multo prius
relleximus) suas sollicitè admodum filias vt custodirent allabenda
nam primæ quam recepimus (est hæc soror Maria Anna de leio po-
ter & mater nõ multò post, quàm ingressa est, demortui sunt. Illa
sum erat in vulgus, ipsos præ tristitia & dolore exspirasse. Vnde
numquam ipsa tristitiam aut pœnitentiam aliquam præcussit, ma-
ta est, quòd esset ingressa, sed summum quoddam gaudium deo
Deum gratitudinem ob singularem sibi collatam gratiam, quòd
nostram esset Ordinem vocata. quod satis tum in ipsa, tum omnino
quæ ingressæ sunt, quin & in reliquis quæ postea sunt admittæ, app-
ruit. Quæ cum ad votorum professionem admittæ essent, illa
attulere dotibus, domum emere procurauimus: & tamen de p-
marum emptione iam conuenissemus, vt etiam tabulæ & instrumenta
ta confecta essent, nullius tamen emptio exitum felicem habuerat
adusq; tandem Ducis Sessani domum capere decreuimus. Licet
rem in illa emenda plurimæ difficultates apparerent, adeo vt dicitur
nobis videretur huc nos propendere (quod & omnes qui ad hoc
censebant) tamen, quòd Granatæ ea conuenientior, & melior
loco nulla esset, de illa emenda agere constitui. eò quòd foris, ut
mihî à secretis est, (quam, quòd R. V. facile visua sit, a quatuordecim
hæc scripta sunt, hic non nomino) iam abhinc biennio & amplius
tertiò mihî asserauerat, Dominum tertio sibi dixisse, in illa p-
ducis domo Conuentum tandem stabiliendum. Tamen
tem cum certitudine id ipsa intellexerat, nihil vt
ipsum impedire & subuertere posset. vnde et-
iam ita factum est, vt Reu. Vestra nouit,
& in illa iam habitamus.

* * *

ANNA DE